

Love conquers

Medea persuades Jason to take her to Greece and helps him to find the Golden Fleece.

Rēx Aeētēs, ubi cognōvit filiam suam Jāsonī auxilium dedisse, graviter irā commōtus est. Itaque Medēa, quae metuit nē et Jāsōn et ipsa ā patre interficerentur, omnibus rēbus ad fugiendum parātīs mediā nocte cum frātre Absyrtō domum patris relīquit et ad lītus contendit. Eō cum vēnisset implorāvit Jāsonem nē eam dēsereret. Quā dē causā domum patris relīquisset, narrāvit. Effēcit ut Jāsōn gratitūdine et amōre adductus sē eam inde avectūrum esse pollicerētur.

Postrīdīe Jāsonem eō duxit, ubi vellus aureum in arbore altō suspensum ā dracōne terrībilī custodiēbātur. Ubi ad arborem vēnērunt, altera venēnum in dracōnem sparsit, ut somnō opprimerētur, alter vellus aureum dē arbore dēripuit. Deinde uterque quam celerrimē ex eō locō discessit. Ad lītus regressī sine morā nāvem conscendērunt et solvērunt.

Vocabulary

adducō, -ere, -duxī, -ductus bring to
(a certain state of mind), hence, influence
avehō avehere avexī avectus to carry away from
celer, -eris, -ere adj. swift, quick, rapid
conscendō, conscendere, conscendī, conscensūrus
+ acc to climb upon
deinde adv. then, next
deripiō, -ere, -ripuī, -reptus tear down, snatch away
discedō, -cēdere, -cessī, -cessūrus go away
eō (adv) to that place, there
filia, -ae f. daughter
gratitūdō, -inis gratitude

graviter, adv. grievously, severely
implorō (1) + acc. implore, beseech
inde adv. from this place
mora, -ae f. the delay
opprimō, -primere, -pressī, -pressus crush
polliceor, -cērī, -citus sum, dep. promise
postrīdīe, adv. on the following day
quam + superlative = as ___ as possible
regredior, regredī, regressus sum to step back
spargō, spargere, sparsī, sparsus to spread
suspendō, -ere, suspendī, suspensus to hang
terribilis, -e adj. terrible, dreadful